

tant sui ordinis fratres, sicut in terris Novi Mexici, & Californiarum. Tunc ille prelatus qui ad illas partes inissus est cum his quos tecum duxit, per Papam licentiam habet utendi prefatis gratiis: & tanquam idoneus ad hoc approbatus appareat virtute induitorum pontificū. s. Leonis, Adriani, & Pauli. 3. Ec hanc committere, & dare talis potest ijs, quos secum duxit. Dūmodo ad hoc sint idonei, ut dictū est. Et hoc clare patet, maximē in fine Bulle Adriani vbi hoc expressē dicit, cū sic ait. Volumus ut prefati Prelati fratribus pro tempore existentes, & quibus ipsi duxerint concedendum, omnibus predictis indultis in genere. l. in specie hactenus concessis, & in posterum concedendis, uti, potiri, & gaudere liberè & licite possint, & valeant &c.

¶ Adhuc dubitatur quid si inter eos q̄ vadūt ad insulas. l. ad terras infidelium nullus est prelatus, q̄a forte obiit in via ille, qui eorum erat prelatus ceteri [quādo appulerint ad ipsas] Indias si ibi nullus est sui ordinis religiosus à quo recipiant prefatā facultatē utendi Breui bus, quid facient circa hoc? Res. Aut sunt insufficienti numero ad eligendum prelatum, vel non. Si sunt insufficienti numero, putā quia,